
Ad process. in die Pasche.

Salue festa
dies toto venerabilis
evo qua ds infernū uicit & astra tenet.
Tempora florigero rutilant distincta sereno
Et maiore poli lumine porta patet.
Altius ignivomum solē celi orbita ducit
Qui uagus oceanas exit & intrat aquas
Armatis radiis elementa liquentia lustrans
Adhuc nocte breui tendit in orbe diem
Splendida sincerū pducunt ethera uultū
Letitiamq; suam sydera clara probant
Terra fauens uario fundit munuscula fetu
Cum bene uernales reddit & annus opes
Mollia purpureū pingunt uiolaria campū
Prata uirent herbis & micat herba comis
Paulatim subeunt stellantia lumina florū
Floribus arrident gramina tincta suis

CCWATERSHED.ORG/SALVE/



Semine deposito lætans seges exilit aruis
Spondens agricole uincere posse famem ·
Gaudice desecto lacrimat sua gaudia palmes
Unde merū tribuat dat modo uitis aquam
Cortice de matris tenera lanugine surgens
Preparat ad partū turgida gemma sinum
Tempora sub hiemis foliorū crine reuulso
Iam reparat uiridans frondea tecta nemus ·
Myrta · salix · abies · corilus · siler · ulmus · acernus ·
Plaudit queq; suis arbor amoena comis ·
Construitura fauos apes hinc aluearia linquens
Floribus instrepitans poplite mella rapit
Ad cantus reuocat auis que carmine clauso
Pigrior hiberno frigore muta fuit
Hinc filomela suis adtēperat organa cannis
Fitq; repercusso dulcior aura melo
Ecce renascentis testatur gr̄a mundi
Omnia cum dn̄o dona redisse suo ·

Iamq; triūphanti post tristia tartara xp̄o
Undiq; fronde nem' gramina flore fauent
Legib; inferni oppressis sup astra meantē
Laudant rite dm̄ · lux · polus · arua · fretum ·
Qui crucifixus erat ds̄ ecce p omīa regnat
Dantq; creatori cuncta creata precem
Nobilitas anni mensiū decus arma dierū
Horarū splendor scripula puncta fouens
Hinc tibi silua comis plaudit hinc camp' aristis
Hinc grates tacito palmite uitis agit
Hinc t̄ nunc auiū resonat uirgulta susurro
Has inter minimus passer amore cano
Xp̄e salus rerū bone cōditor atq; redemptor
Unica progenies ex d̄itate patris ·
Inrecitabiliter manans de corde parentis
Uerbum subsistens et penetrale chaos ·
Aequalis cōcors socius cum patre coæuus
Quo sūpsit mundus principe principiū ·

CCWATERSHED.ORG/SALVE/



75

A ethera ſuſpendiſ ſola c̄geriſ ęquora fundiſ
Q ueq· locis habitant quo moderante uigent
Q ui gen̄ humanū cernenſ merſiſſe pfundo
U t hominē eriperes es quoq· factus homo ·
N ec uoluiſti &enim tantū te corpore naſci
S ed caro quę naſci ptulit atq· mori ·
F uneris exequias pateriſ uitę auctor &orbis
I ntras mortiſ iter dando ſalutiſ opem
T riſtia ceſſerunt infernę uincula legiſ
E xpauitq· chaoſ luminiſ ore premi
D epereunt tenebrę xp̄i fulgore fugatę
E t tetrę noctiſ pallia craſſa cadunt
P ollicitā ſed redde fidē precor alma poteſtas
T ertia lux redit· ſurge ſepulte meuſ ·
N on dec& ut humili tumulo tua m̄bra tegant̄
N eu pretiū mundi uilia ſaxa premant
I ndignū ē cuiuſ clauduntr̄ cuncta pugillo
U t tegat incluſū rupe uetante lapiſ

L intea tolle p̄cor ſudaria linq· ſepulchro
T u ſatiſ es nobiſ· & ſine te nihil eſt
S olue catenatas inferni carceriſ umbraſ
E t reuoca ſurſum quicquid ad ima ruit ·
R edde tuā faciem uideant ut ſclā lumen
R edde diē qui nos te moriente fugit
S ed plane impleſti remeanſ pie uictor ad orbē
T artara preſſa iacent nec ſua iura tenent
I nferuſ inſaturabilit̄ caua guttura pandens
Q ui rapuit ſemp fit tua preda dſ
E ripiſ innumerū populū de carcere mortis
E t ſequitur liber quo ſuuſ auctor adit
E uom& abſortā trepide fera belua plebē
E t de fauce lupi ſubtrahit agnuſ oueſ ·
H inc tumulū repetens p̄ tartara carne reſūpta
B elliger ad celoſ ampla trophea referſ
Q uoſ habuit poenale chaoſ iā reddidit inde ·
E t quos morſ peter& hoſ noua uita ten&

CCWATERSHED.ORG/SALVE/


Rex sacer ecce tui radiat pars magni triũphi
Cum puras animas sacra lauacra habeant
Candidus egredit̃ nitidis exercitus undis
Atq; uetus uitiũ purgat in amne nouo
Fulgentes animas uestis quoq; candida signat
Et grege de niuo gaudia pastor hab&
Additur hac felix consors mercede sacerdos
Qui dare uult dño dupla talenta suo
Ad meliora trahens gentili errore uagantes
Bestia ne raper& munit ouile dĩ
Quos prius eua nocens infecerat hos modo reddit
Aecclesie pastus ubere lactis sinu.
Moribus alloquiis agrestia corda colendo
Munere felicis deuepre nata seges
Aspera gens saxo uiuens q̃si more ferino
Messis abundantis horrea fruge reples.
Inmaculata tuis plebs hec uegetet̃ in ulnis.
Atq; dõ purum pignus ad astra feras

na corona tibi de te tribuatur ab alto
Altera de populo uern& adepta tuo.

AN Sedit ange lus ad sepulchrum domini sto la claritatis coopertus uidentes eum mulieres ni mi o terro re per territe substiterunt alon ge Tunc locutus est angelus & dixit eis Nolite metuere dico uobis quia ille quem queritis mortuum iam uiuit & uita hominum cum eo surrexit alle luia.

V Crucifixum dominum laudate & sepultum propter uos glorificate resurgentemq; de morte adora te. Nolite

V Recordamini quomodo predixit quia oport& filium hominis crucifi gi & ter tia die a morte suscita ri. Nolite

CCWATERSHED.ORG/SALVE/